

Inapit secunda pars de tribus virtutibus theologicas de numero et ordine theologiarum virtutum prima pars huius secunde partis.

Ictum est de virtute in pmo

mi nunc dicendum est de speciebus virtutum et primo de theologias scz fide spe et charitate. De quibus 1. cor. xii. nunc manet fides spes charitas. hys scientia et propheta militant vt dicit ibi glo. augu. et in li. de trim. dicit aug. q. propter ista tria in animo edificanda omnium diuinorum librorum machinamenta consuegunt. Ideo vero prius dicitur de theologias quam de ceteris quia theologice ordinant ad finem supremum. cetera vero circa ea que sunt ad finem illum. In intentione vero operantis prior est finis hys que sunt ad finem. Secundum naturam enim finis sumuntur ea que sunt ad finem. causa finalis causa causa. um est. secundum exigentiam enim finis causa efficiens eligit materiam et in materia electa intendit acquirere formam competentem fini. verbi gratia. Qui vult facere instrumentum ad secandum eligit materiam duram. si enim esset mollis potius cederet quam secaret. in materia vero dura acquirit formam acutam. si enim obtusa esset non esset penetratiua neqz ydonea ad secandum. sic finis in intentione operantis prior est hys que sunt ad finem tanq. quedam causa motiua ad illa et virtutes theologice que ordinant ad finem supremum priores sunt ceteris virtutibus que disponunt animam ad ea que sunt ad finem. Tres vero sunt: q. necesse habemus finis bonitatem agnoscere et desiderare. et aliquam fiduciam obtinendi habere vt scz agnoscamus quo debemus tendere et velimus venire et speremus posse preuenire. Non enim temptanda sunt que omnino efficia non possunt. vt ait sapiens fide. bonitate finis agnoscim? charitate desideram? spe fiduciam obtinendi habem? cu tria exigantur ad bene operandum. scire. posse. et velle. et scire fit diminutum in vi rationabili et pos-

Nota